



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1787**

**VD18 90119649**

§. 76. Solemne Jubilæum erecti Episcopatus Herbipolensis festive  
celebratum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

se sacro Collegio communicare voluisse, Sæc. XVIII.  
addebat Pontifex, ut quilibet Deo be- A.C. 1742.  
nedicat, Eum pro pace conservanda in  
Ecclesia Gallicana exoret, & Regem  
Christianissimum exaltet; eoquod pro  
suo, quo ardet, Religionis Zelo, &  
affectu erga Ecclesiam, quantum va-  
luit, & quantum fieri potuit, fecerit.  
Insuper sibi notum esse dicebat Ponti-  
fex, quod epistola a Rege scripta fue-  
rit adjuncta, eaque adhucdum in ma-  
nibus Gallici Legati sit, quam quidem  
nondum receperit, postera tamen die  
mane recepturus sit, de cetero nova,  
quæ in illis indicantur, contineant  
in forma authentica ea omnia, quæ  
mox S. Collegio annuntiasset, & quam-  
primum has literas receperit, mox ad  
eas responsum daturus, Regique gra-  
tes sit repensurus. Denique præce-  
pit, ut hæc Regis epistola, utpote pre-  
tiosum magnique momenti hujus Pon-  
tificatus monumentum in Archivo ar-  
cis S. Angeli asservetur.

### §. LXXVI.

*Solemne Jubilæum eretti Episcopatus  
Heripolensis.*

Hoc item anno universus Franciæ O.  
Z z 5 rien-

Sæc. XVIII. rientalis Ducatus raro jucunditatis ar-  
A. C. 1742. gumento tripudiabat; fluxerat enim  
millesimus ab erecto hoc Episcopatu-  
annus: quippe S. Bonifacius Mogun-  
tinus Archipræsul, magnus ille Ger-  
maniæ Apostolus a Gregorio II. & Za-  
charia summis Pontificibus circa an-  
num reparatæ salutis septingentesimum  
trigesimum nonum in Germaniam ad  
spargendam Evangelii messem missus,  
Herbipolensem Episcopatum fundavit,  
eidemque anno Incarnationis Domini-  
cæ septingentesimo quadragesimo pri-  
mo S. Burchardum primum hujus Ec-  
clesiæ Episcopum dedit. Anno autem  
sequenti hic idem Episcopus in sua sede  
investitus, & a Zacharia Papa confir-  
matus, necnon ab Imperatore S. R. Im-  
perii ac Franconiæ Dux nominatus est.  
Eidem etiam Pipinus Francorum Re-  
gis Commissarius ad præfati Pontifi-  
cis preces nonnulla prædia, unde cœ-  
nobium conderet, gratiose donavit;  
nec hic substituit hujus Episcopatus  
felicitas; anno enim septingentesimo  
quinquagesimo secundo idem Pipinus  
exauctorato Childerico Rege in Re-  
gem salutatus, coacto Francofordiæ  
conventu huic Episcopatui Ducatum  
Franconiæ, quantum de illo ad ipsum  
pertinebat, adjecit, ita, ut ab eo tem-  
pore

pore omnes Herbipolenses Episcopi e- Sæc.XVIII.  
tiam pro Ducibus Franconiae cum om- A.C. 1742.  
nimoda & quidem tam ampla jurisdi-  
ctione haberentur, ut tum de solo hoc  
Episcopatu vere diceretur: *Herbipolis*  
*sola judicat ense & stola.* Quæ tamen  
Ecclesiasticæ & civilis potestatis præro-  
gativa hodie cunctis Germaniæ Episco-  
pis in suarum Diæcesium terris sibi pro-  
priis competit. Millenariæ ergo hujus  
gloriæ memoria omni jure summa ce-  
lebratur solemnitate, ad illam concur-  
rente pene innumera Procerum popu-  
lique frequentia; præcipue vero die un-  
decima Novembbris in Ecclesia Cathe-  
drali Carolus Fridericus Comes de  
Schönborn S. R. I. Princeps, Franco-  
niæ Dux & Episcopus Herbipolensis ac  
Bambergensis Pontificali habitu insig-  
nis cum maxima pompa Sacrum solem-  
ne celebravit, ter repetita ex arce fe-  
stiva tormentorum explosione, quæ de-  
nuo per urbem resonuit, dum in gra-  
tiarum actionem ad hujus festivitatis  
finem Hymnus Ambrosianus solemn-  
iter decantabatur.

§. LXLVII.